THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
12. Jh. Seite 60v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26441
Copyright: Admont, Benediktinerstift



te retribuas. ratio tamen iusticie hoc postulare uide
tur. Cur uero malis bona tribuis. et scitur quia summe bonus hoc
facere uoluit. et mirum est cur summe iustus hoc uelle
potuit. O misericordia de tua opulenta dulcedine et dulci opu
lentia nobis profluis. O immensitas bonitatis dei. quo affectu
amanda es peccatoribus. Iustos enim saluas iusticia comi
tante. iniustos uero liberas iusticia non dampnante. Illos me
ritis adiuuantibus. istos meritis repugnantibus. Illos bona
que dedisti cognoscendo. istos mala que dedisti ignoscendo.
O immensa bonitas que sic excedis omnem intellectum. ueni
at super me misericordia illa. que de tanta opulentia tui proce
dit. Influat in me que profluit de te. Parce per clementiam.
ne ulciscaris pro iusticia. Nam et si difficile sit intelligere
quomodo misericordia tua non absit a tua iusticia. necessarium tamen est
credere. quia nequaquam adunsatur iusticie que exundat ex boni
tate. que nulla est sine iusticia. immo uere concordat ius
ticie. Nempe si misericors es quia es summe bonus et summe bonus
non es nisi quia es summe iustus. uere idcirco es misericors quia
summe iustus es. Adiuua me iuste et misericors deus cuius
lucem quero. adiuua me ut intelligam que dico. Vere ergo ideo
misericors es. quia iustus. Ergone misericordia tua nascitur ex
iusticia tua. Ergone malis parcis ex iusticia. Si sic est.
domine si sic est. doce me quomodo est. An quia iustum est. te sic esse
bonum. ut nequeas intelligi melior. et sic potenter ope
rari. ut non possis cogitari potentius. Quod enim hoc iustius.